

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5430

**Auteur(s) :** Pierre le Bel, d'Orglandes [particulier]

**Auteur(s) :** Stephanie, épouse de Pierre le Bel, d'Orglandes [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1272, 31 mars

**Lieu d'émission :** Valognes

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Pierre le Bel et sa femme Stephanie, de la paroisse d'Orglandes, vendent au chapitre de Coutances pour quarante sous tournois deux pièces de terre de la paroisse de Hauteville-Bocage.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 196, p. 327-328.

## Dissertation critique

v. st.

Texte établi d'après a

Anno Domini M° CC° LXX° secundo, die jovis post Oculi mei, presentes in jure coram nobis Valoniis, Petrus le Bel et Stephanie, ejus uxor, parrochiani de Orglandiis, confessi sunt se vendidisse et concessisse capitulo Constantiensи duas pecias terre sitas in parrochia de Alta Villa, quarum una sita est in monte que dicitur Des Gasquieres et attingit ex uno latere terram Johannis Trevieres et ex alio latere Th[ome] le Potier ; et alia pecia sita est ad foveam de Coudrato inter terram Andree de Elemosina ex uno latere et terram Johannis Trevierez ex alio, pro quadraginta solidis tur. quos exinde dictum capitulum eisdem Petro et uxori donavit, de quibus se tenuerunt propagati, prout confessi sunt coram nobis ; habendas et possidendas dictas pecias terre dicto capitulo in perpetuum et omne jus quod habebant seu habere poterant in dicta terra libere, pacifice et quiete, sine aliqua reclamacione dictorum Petri et uxoris vel heredum suorum decetere facienda, salvo jure capitalium dominorum ; et tenentur dicti Petrus et uxor dictam terram dicto capitulo garantizare et defendere contra omnes bona fide, vel alibi excambiare valore ad valorem in proprio feodo suo, si fuerit necesse, et de non veniendo contra corporale prestiterunt sacramentum ; et dicta uxor confessa est coram nobis hanc venditionem se fecisse et concessisse unacum dicto Petro marito ipsius propria voluntate sua, non coacta sed proprio motu uxor predicte, ac eciam juravit dicta uxor quod in dicta terra nec ratione ipsius terre nichil decetere reclamabit seu reclamare procurabit contra capitulum supradictum, volens et concedens dicta uxor quod, si contra premissa venire attemptaret quoquomodo, puniretur tanquam rea perjurii et quod excommunicaretur, nulla monitione premissa, si presumpserit venire contra premissa et quod omnis audiencia

uxori eidem coram quibuscumque judicibus, si contra hoc deveniret, denegetur tanquam excommunicate et perjure, et etiam obligavit se solutram et reddituram sexaginta solidos tur. dicto capitulo, si contra premissa aliquo modo deveniret nomine pene tanquam commisso sub prestito sacramento ; renunciantes dicti Petrus et uxor omni exceptioni doli mali, juris et facti, canonici et civilis, terre non vendite, non concesse et precii non soluti et maxime dicta uxor, omni exceptioni consilio et auxilio senatus consultus Velleiani. Et nos ipsos et quemlibet ipsorum ad hoc presentes et consentes dicto capitulo condemnamus. Actum anno et die predictis, cum Eustachio Trevieres cavente de rato ad penam centum solidorum tur. pro capitulo supradicto.